Iret. 05

PRINCIPIA LATINE LOQVENDI, SCRIBENDIQVE SIVE,

Selecta quædam ex Ciceronis epistolis, ad pueros in Latina lingua exercendos, adiecta interpretatione Anglica, & (vbi opus esse visum est) Latina declaratione. Ad rationem quam nuper suis sedulitate summa Gallicè conscripsit.

Maturinus Corderius.

A very necessary and profitable entraunce to the speakyng and writyng of the Latin tongue.

Or

A certain draught taken out of Ciceros Epistles, for the exercise of children in the Latin speache together with an easy and a familiar construction thereof into Englishe.

Opusculum ad conuertendam Latini sermonis puritatem in nostri vernaculi vsum & familiaritatem literario tyrocinio apprime accomodum, gratum, iuxtà ac vtile.

Translated by T. W.

Anno dñi. 1575.

QVÆ CONTINEANtur in hoc codice.

Præfatio.
De pueris rectè docendis admonitiones aliquot.
Qua ratione cõparari posſit eruditio, ſententiæ vtiliſsimæ, ex Ludouico Viue.
M. T. Ciceronis epiſtolarum familiarium liber XIIII.
Ex libro XVI. epiſtolæ XV.
Item ex libro primo, II. III. IIII. V. VI. VII. IX. X. & XI ſelectæ aliquot epiſtolæ.
Ad hæc permulta epiſtolarum fragmenta ex ijſdem libris, ſuo quæque loco, & ordine interiecta.

CICERO LATINE SCRIbendi regula.

Omnigeni authores, docta ratione probati,
Verba Latina quidem ſuppeditare queunt:
At ſi quærenda eſt Romanè recta loquendi
Regula, qui præſtet Tullius vnus erit.

MATVRINI CORDERII IN SVAM INTERPRETATIONEM EPISTOLARVM EX CICERONE SELECTARVM.

PRÆFATIO.

ETSI in omni superiore ætate, quam quidem in docendo consumpserim, puerorum studijs & adiuuandis, & promouendis diligenter atque ex animo studui: tamen eius rei nunquam antea fui studiosior, quàm esse me sentio, in extremo huius vitæ meæ curriculo. Cum enim hoc tempore videam doctos omneis, quorum nunc magna vbique est copia, in bonis literis instaurandis summa ope, & quasi certatim, laborare: adeò quidem, vt hæc nostra ætas ad illud eruditissimum Ciceronis seculum iam proximè accedere videatur: equidem ob tantum aliorum studium, in rebus non modò honestissimis, sed etiam maximè necessarijs, eo desiderio rapior, vt ad aliquid in eo genere tentandum non possim non vehementer inflammari. Et libenter quidem hîc vo-

luissem illos imitari studiorum ac doctrinæ proceres, Italos, Gallos, Germanos: qui tot præclara ingenij sui monumenta posteritatis memoriæ quotidie relinquunt: si mihi id contigisset ingenium, quod suscipiendis perficiendisque egregijs operibus sufficere potuisset. Sed profectò ab illa naturæ felicitate semper abfui longissimè. Quinetiam bona pars pusilli huius ingenij, quod ab omnium bonorum authore Deo nobis datum fuerat, nunc vel ætate, vel alijs incommodis, propemodum extincta est. Verùm quid agas? Ad illud consilium sapientissimum necesse est nobis confugere, vt, quod adest, boni consulamus. Non cuiuis homini contingit adire Corinthum, vt est in prouerbio. Non idem mihi licet, quod ijs qui magno & excellenti ingenio nati sunt: sed tamen, (vt cum Horatio loquar.) Est quodam prodire tenus, si nõ datur vltra. Quinetiam est quod gaudeam, & summo illi ac benignissimo Patri immortaleis agam gratias: quòd in hac ipsa virium pene consumptarum defectione, tamen sic indies mihi crescit animus, vt nihil magis in votis habeam, quàm pro virili parte bene mereri de re literaria: hoc est, Dei Opt. Max. voluntati parêre in eo vitæ genere, ad quod me iam inde ab adolescentia vocauerat. Itaque, quandò ob adiumentorum naturalium inopiam, nihil in magnis

rebus

rebus præstare studiosis possum: reliquum est, vt hæc puerilia, & infima tractare pergam, quæ iam antea & Lutetiæ cœperam, & alijs in locis, non sine successu, magnóque, vt res ipsa docuit, adolescentulorum fructu. Quod igitur in eo libello morali, nec inepto, nec indocto, qui Cato de moribus inscriptus est, ante annos viginti feceram, cum illud carmen à me scholastico more declaratum in paruulorum gratiam imprimendum curaueram: idem, ac eodem modo nunc tandem feci in illis Ciceronis, quas familiares vocant, epistolis. Primo enim loco librum quartumdecimum, vt omnium longè facillimum, deinde ex libro sextodecimo epistolas quindecim sum interpretatus: postremò, vt mediocre volumen conficeretur, aliqua ex superioribus libris, quæ mihi visa sunt ad hoc institutum aptiora: (hoc est, partim integras aliquot epistolas, partim ex multis alijs facillima quæque tanquam fragmenta) non sine iudicio selegi. Atque hæc quidem omnia in vnum veluti corpusculum à me coacta, quam aptissimè potui, duntaxat pro ætate puerili, in sermonem conuerti Gallicum, adiuncta etiam Latina declaratione, vbi maximè opus esse videbatur. In his verò omnibus si quid pro captu & ingenio puerorum aut obscurius, aut difficilius esse videbitur, id vel omnino

præterire, vel in aliud tempus differre, in præceptorum iudicio atque prudentia situm erit. Vix enim, vel apud ipsum Ciceronem, vnam aut alteram epistolam inuenias, quæ, sine vlla difficultate, ad hanc interpretãdi rationem possit accommodari. Hunc autem libellum ad pueros in Latino sermone paulatim exercendos, non modò ipsis vtilem futurum, sed etiam iucundum speramus. Quinetiam præceptoribus ipsis, duntaxat candidis ac modestis, non ingratum fore arbitramur: cum præsertim hoc adiumento illa dictandarum interpretationum perpetua molestia leuari magnopere possint. At interim (dicet fortasse aliquis) parum doctus apparebit ille puerorum doctor, nisi pristinum & protritum dictandi morem in suis prælectionibus retinebit. Quasi verò præceptoris eruditio tota pendeat ex dictandis minutis eiusmodi synonymis, aut in eo solo eius omne versetur officium. Ego verò dictandi tædio ita sum fatigatus, vt in hac tota professione mea iampridem nihil minus libenter faciam. Quid igitur, inquis, hoc sublato, magister in schola faciet? Satis, inquam, illi restabit operæ: si modò laborem non refugerit. In primis authoris sensum viua voce, familiarique & quotidiano sermone explanabit: deinde vocabulorum significationes, maximè quæ ad locum pertinebunt, explicabit

explicabit: tertio loco de iis admonebit, quæ pertinent ad rationem Grammaticam: qualis est declinatio, & alia partibus orationis attributa, quæ accidentia vocari solent, præsertim vbi quid minus tritum, & pueris nondum satis vsitatum inciderit. Hæc & alia eiusmodi ad rectam discipulorum institutionem pertinentia, diligens præceptor satis otiosè, paruóque negotio docere poterit eo tempore, quod foret in dictanda interpretatione consumenda. Id verò longè præcipuum fuerit, vt de insignioribus dicendi generibus diligentius obseruandis commonefaciat: &, vbi per tempus licebit, ad ipsius authoris imitationem breuissima themata, siue quotidiani sermonis formulas vernaculo sermone frequenter, idq; ex tempore, proponat, ad comparandam Latinè loquendi scribendíque facultatem. In his & similibus bonum præceptorem aget: suam diligentiã ac laborẽ palàm faciet: nec interea tamen sic imperitus videbitur, vt à doctis & prudentibus viris, imò ne à pueris quidem, contemnatur. Verùm in plerisq; scholis permulti sibi videntur egregiè suis satisfeciſſe: vbi vnam aut alteram horam in dictatis illis consumpserint, cum tanto quidem clamore, & vocis contentione, vt Bartholum dicas, ex altissimo suggesto Pandectarum leges enarrantem. Quid, quod ante prælectionis tempus,

doctores ipsi Grammaticæ binas interdum horas ponunt, vt ea discipulis dictanda excogitent. Adde, quod plærique eius ordinis adolescentuli, & perperam, & tardè, & barbarè scribunt: atq; ita fit, vt pro synceris & integris corruptissima quæque domum referre soleant. Maximè autem ij, qui nec bene nec celeriter scribendi sunt periti, quorum maxima turba est, coguntur in singulis ferè verbis inter scribendum hæsitare: & quia dictantem nullo modo queunt assequi, aut omnino nihil scribunt, aut certè fœdas in charta sua lacunas relinquunt. At verò, inquis, pueri sic interim in scriptura exercentur. Fateor id quidem: sed hoc exercitationis genus tales plerunque reddit eos, vt vix robusta iam ætate possint à vitiosè scribendo abstinere. Quantumuis enim lentè & paulatim dictes, atque adeò syllabatim, imò, etiam si dictando sæpius iteres literas singulas: tamen vix efficies, quin puer in annis illis rudibus corruptissimè scribat. Quòd si quis tamen discipulos, scriptura, vt certè opus est, exercere voluerit: præter alias rationes, quas suo quisque ingenio excogitare potest, hanc egomet sum iampridem expertus vtilissimam: vt pueri chartaceos codices ad hoc paratos habeant, in quibus ex libris impressis, domi quotidie prælectiones accuratè describant. Ita fiet vt non solùm

lùm ad rectè scribendum sese assuefaciant, sed etiam, vt, quæ descripserint, multò facilius mandare memoriæ possint: præsertim si scriptionem, ediscendi exercitatio statim sequatur. Quamobrem hæc nostra est, hæc multorum hominum, eorúmque prudentissimorum, sententia, vt omisso illo triuiali dictandi genere, lõgo quidem, & molesto, & laborioso, paruuli ea ratione doceantur, quam suprà monstrauimus. Quæ sententia si fortè non omnibus placebit: satis erit nobis eam ab optimis & doctissimis quisbusdam approbari. Quòd si quis, gloriæ cupidus affectator, velit suos neruos, atque ingenium intendere, vt maiorem quandam ostentet eruditionem: hos nostros adhuc rudes adolescentulos, quos fideliter magis, quàm ambitiosè, erudiri cupimus, alijs relinquat licet: & ad eos docendos, qui iam ad altiora studia prouecti sunt, sese conferat.

Ex celeberrima Lausanensi Academia, in magnificentissimorum ac potentissimorum Principum Bernensium ditione,

M. D. LVI. VIII. Cal. Mart.

ALIQVOT DE PVERIS RECTE DOCENDIS *admonitiones non aſpernandæ.*

I In puerorum inſtitutione, prima ſit puræ religionis, rectæ diſciplinæ, & honeſtorum morum cura.

II Ita paulatim doceantur, vt neque multis, neque longis prælectionibus onerentur.

III Proſa oratio magis, quàm carmen, eis prælegatur, donec fuerint in lingua Latina firmiores. Nam in carmine ipſo non adeò purè conſeruatur Latini ſermonis integritas.

IIII Paucos libros, eóſque bonos habeant in manibus.

V Ordinatim, & quaſi gradatim diſcant omnia. Itaque, vt exempli cauſa dicam, præpoſterè faciunt, qui definitiones, & alia quædã obſcura & difficilia, pueris initio præſcribunt ediſcenda.

VI In primis igitur, ex Quintiliano præcepto, Nominum & Verborum declinationes ijs inculcentur. Nullum eſt enim hoc ſtabilius fundamentum.

VII Singulas non modò dictiones, ſed etiam locutiones, lingua vernacula, quoad fieri poterit, exprimere doceantur.

VIII Aſſueſcant à teneris rectè pronuntiare: hoc eſt, decenter, clara & diſtincta voce, in primíſque ſeruato accentu, neque aſpiratione poſtpoſita.

IX Oris igitur & linguæ vitia diligenter emendentur.

X Circa ortographiam quoque adhibeatur cura maximè diligens.

De his rebus præceptores breuiter admonendos putaui: quòd pleróſque videam (omnium pace dixerim) eam, quam debent, in ſuis docendis non ſatis præſtare diligentiam, maximè in corrigendis linguæ & ſcripturæ vitijs. Plura videre licet in eorum libris, qui de pueris rectè inſtituendis multa ſcripſere.

QVA

QVA RATIONE COMPARARI POSSIT ERVDITIO, *ſententiæ vtiliſſimæ, Ex Ludouico Viue, homine doctiſſimo, ſingularique prudentia.*

1 Tribus velut inſtrumentis fabricamur eruditionem: ingenio, memoria, cura.

2 Ingenium, exercitatione acuitur.

3 Memoria, excolendo augetur.

4 Vtrunque eneruant deſitiæ, bona valetudo confirmat: otia & diuturnæ remiſsiones profligant: exercitamenta ad manum & in promptu ponunt.

5 Siue legis ipſe quid, ſiue audis, attentus id fac: nec vagetur mens tua: ſed coge illam ibi eſſe, & agere quod adeſt, non alia.

6 Si incipit digredi, paruo murmure eam reuoca: cogitationes omnes ab ſtudijs alienas, in aliud tempus differ.

7 Scito te operam & tempus perdere, ſi quæ legis, vel audis, non attendas.

8 Quæ ignoras, ne pudeat quærere. Ne erubeſce a quouis doceri: quod maximi viri non erubuerunt: erubeſce potius ignorare, aut nolle diſcere.

9 Quæ ignota tibi ſunt, ne iactes te ſcire: ſciſcitare potius ab ijs, quos ſcire credis.

10 Si videri vis doctus, da operam vt ſis: nulla eſt compendioſior via: quemadmodum non alia ratione facilius conſequêris, vt exiſtimeris bonus, quàm ſi ſis talis.

11 Denique quicquid videri cupis, fac vt ſis: aliter fruſtra cupis.

12 Falſa

12 Falsa tempus infirmat, vera corroborat.
13 Nulla simulatio diuturna.
14 Magistrum semper sequere, i. noli præcurrere: & illi cede, ne repugna.
15 Ama illum, & parentis loco habe: putáque verissima & certissima esse, quæcunque dicit:
16 Attende, vt quod semel errasti, emendatus iterum aut tertiò ne idem pecces: labora, vt proficiat emendatio.
17 Illorum decet te præcipuè meminisse, in quibus falsus es: ne te rursum decipiant.
18 Cuiusuis hominis est errare: nullius, nisi insipientis, perseuerare in errore.
19 Scito nullum esse sensum, per quem promptius doceamur, quàm auditum.
20 Et nihil facilius, quàm audire multa, & nihil vtilius.
21 Nec malis leuia, aut inepta, aut ridicula audire, quàm seria, grauia, prudentia.
22 Pari labore vtraque discuntur: cum sit adeò commodum dispar.
23 Ne labores quàm multa respõdeas, sed quàm aptè, & in tempore.
24 Non os modò à turpibus cohibe, sed etiam aures, tanquam fenestras animi, memor dicti veteris, quòd citat Apostolus. Corrumpunt mores probos confabulationes malæ.
25 Siue ad mensam, siue alio quouis loco, diligenter quid quisque dicat, auscultа.
26 Ex sapientibus disces, quo fias melior.
27 Ex stultis, quo fias cautior.
28 Quæ sapientes probarint, sequêris.
29 Quæ stulti laudarint, vitabis.
30 Si quid videris à cordatis recipi, tanquam vel argutè, vel grauiter, vel sapienter, vel doctè, vel ingeniosè, vel vrbanè dictum, retinebis:

vt

vt & ipſe in occaſione vtaris.

31 Habebis librum chartaceum, in quo annotabis, ſiquid legeris, vel audieris dictum feſtiuè, aut eleganter, aut prudenter: vel vocabulum aliquod exquiſitū, rarum, vtile ſermoni quotidiano: vt, quum vſus poſcat, habeas paratum.

32 Annitere, ne ſola verba intelligas, ſed præcipuè ſenſa.

33 Quæ legeris, vel audieris, facalijs narres, tum tuis condiſcipulis Latinè, tum alijs lingua tibi vernacula: & conare, ne minus ipſe vel lepidè vel venuſtè referas, quàm audieris, aut legeris: ſic & ingenium exercebis, & linguam.

34 Eſt etiam tractandus, & agitandus ſæpenumero ſtylus, optimus dicendi magiſter.

35 Scribe, deſcribe, reſcribe crebrò, atque annota: compone alternis diebus, aut ad ſummum tertio quoque, epiſtolam ad aliquem, qui tibi reſpondeat: & tuam oſtende inſtitutori emendandam. Mendarum, quas ſuſtulerit, fac recordêre, ne rurſus ad eaſdem impingas.

36 Memoriam quieſcere non ſines.

37 Nihil eſt quod æquè labore gaudeat, & augeatur.

38 Commenda ei quotidie aliquid.

39 Quo plura commendabis, hoc cuſtodiet omnia fidelius: quo pauciora, hoc infidelius.

40 Quum aliquid ei crediderīs: ſine eam quieſcere: & aliquantò poſt ab ea velut depoſitum repoſce.

41 Siquid vis ediſcere, id de nócte quater aut quinquies attentiſsimus legito: hinc ito cubitum: de mane exigito à memoria rationem eius, quod pridie credideris.

42 Cauendum à crapula, à cruditate, à frigore, potiſsimum ceruicis.

43 Vnum

43 Vinum memoriæ mors.

44 Nulla tibi abeat dies, in qua vel non legeris, vel audieris, vel ſcripſeris aliquid quod ſeu eruditionem, ſeu iudiciũ, ſeu virtutem augeat.

45 Cubitum iturus lege, vel audi aliquid, dignum quod memoriæ mandetur, & de quo ſalubre ac iucundum ſit per quietem ſomniare: vt etiam nocturnis viſis diſcas, & fias melior.

46 Studio ſapientiæ nullus in vita terminus ſtatuendus eſt: cum vita eſt finiendum. Semper illa tria ſunt homini, quandiu viuit, meditanda: quomodo bene ſapiat, quomodo bene dicat, quomodo bene agat.

47 Nihil excogitari poteſt iucundius cognitione multarũ rerum, nihil intelligentia virtutis fructuoſius.

48 Studia res lætas condiunt, triſtes leniunt, temerarios impetus iuuentæ cohibent, ſenectutis moleſtam tarditatem leuant: domi, foris, in publico, in priuato, in ſolitudine, in frequentia, in otio, in negotio comitantur, adſunt, imò præſunt, opitulantur, iuuant.

Hæc ex ipſius Viuis opuſculo, cui titulus, Introductio ad ſapientiam, huc tranſcribenda eſſe duximus: propterea quòd ad puerorum in literis progreſſum hæc ipſa valde pertinere videbantur. Quæ ſi à præceptoribus aliquoties per otium declarabuntur, eos operæpretium facturos arbitramur. Sed de his hactenus. Nunc ad Ciceronis epiſtolas accedamus.

LODOI-

LODOICI ENOCI AD PVEROS LATINE DIscentes, Carmen.

Hactenus immensi res cognita plena laboris,
Dum discit primùm verba Latina puer.
Doctor mille recãtat, id est, grex, nec mora totus
Excipit, at frustra, mille coactus id est.
Deinde nouẽ totos quum sic cõsumpserit annos,
Nil quod, præter id est, dicere poßit, habet.
Nunc queis hoc vitium pereat, Corderius affert
Gallorum pueris, à Cicerone datas.
O quantos capies fructus, modò sedula, pubes,
Cui sunt tam culto, semina iacta solo!
Moribus apta probis nitidæ facundia linguæ,
Non alijs oritur splendida principijs.

Ex M: Tul: Cicer: lib: 54. Epis: 1ª

M. T.

Epist: 1ª pag: 1.
2. — 10
3 — 17
4 — 24
5 — 34
6 — 39
7 — 41.
8 — 44
9 — 45.
10 — 46
11 — 47
12 — 48
13 — 50
14 — 51.
15 — 56
16 — 57.
17 — 59

pag: Epis: 18 — 60
19 — 62
20 — 64
21 — 65
22. 65
23 — 66
24 — 67

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIBER XIIII.

Ad Terentiam Vxorem.

Cum interpretatione Anglica.

Epistolæ primæ prælectio prima.

M. T. CICERO TERENTIÆ. ET TVLLIOLÆ, ET CICERONI SVIS. S. P. D.

ET literis multorum, & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem, & fortitudinem esse: téque nec animi nec corporis laboribus defatigari.

Interpretatio.

¶Marcus Tullius Cicero salutem plurimam dicit Terentiæ, & Tulliolæ, & Ciceroni suis,)i. sibi charissimis. **Mark Tully Cicero doeth greet well his welbeloued Terens, Tullyol and Cicero. Or asmuche in cõmon speach as welbeloued wife Terens, and my good childzen Tullyol and Cicero, I commend me to you.**

¶Perfertur ad me.)i. mihi nuntiatur. **Woord is brought me.**

Et literis multorum, **bothe by the letters of many** qui, scz. ad me scribunt, **that write vnto me.**

Et sermone omnium, **and also by comon repozt. Or of euery mannes mouth.**

Tuam virtutem, & fortitudinem esse incredibilẽ, **That your vertue and good hart is passyng.**

Téque nec animi, nec corporis laboribus, defatigari, **And that neither with trauaill of mynde or body ye ar wearied.**

Prælectio. II.

Me miserum, te ista virtute, fide, probitate, hu-

manitate, in tantas ærumnas propter me incidisse? Tulliolámque nostram, ex quo patre tantas voluptates cupiebat, ex eo tantos percipere luctus? Nã quid ego de Cicerone dicam? qui, cum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores, miseriásque percepit.

Interpretatio.

¶Me miserum!) Wo is me - alas.

[An oportet[te] præditam] ista virtute, fide, probitate, humanitate, Is it mete that you, of suche vertue, trustinesse good behauor and curtesse

Incidisse, To fall-should fall,

In tantas ærumnas) i. calamitates & miserias, into so greate greeues and troubles.

Propter me For my sake?

Tulliolámque nostrã percipere tantos luctus, And that our doughter Tulliol should take suche thought and care.

Ex eo patre, For that father) i. ex me, qui sum pater:

Ex quo, of whom-by meanes of whom,

Illa capiebat) i. capere solebat. She was wont to receiue,

Tantas voluptates? So greate solas & pleasure.

¶Nam quid) i. quid autem. But what,

Ego dicam de Cicerone [nostro] Shall I say of Cicero?

Qui, That

Cùm primùm cœpit sapere, Euen at firste as he began to vnderstande,

Percepit acerbissimos dolores, had greate greeues - fell into bitter peines,

Miseriásque) sub acerbissimas, and troobles.

III

Quæ si, vt tu scribis, fato facta putarem, ferrem paulò facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa:

miſſa: qui ab ijs me amari putabam, qui inuidebant: eos non ſequebar, qui petebant.

¶Quæ, Which thynges,
Si putarem, had I thought,
Facta [eſſe,] i. eueniſſe, They had come - had fallen,
Fato,) i. Diuina voluntate, By deſteny.
Vt tu ſcribis [ad me,] As ye wryte,
Ferrem [ea] I could haue born them, - abidden them,
Paulò facilius, more eaſly - ſumwhat the eaſlier,
Sed omnia) ſub. hæc mala quæ patimur, but all,
Sunt commiſſa, was doon,
Mea [ipſius] culpa, by myne own faut.
Qui putabam, That thought.
Me amari, I had been ſet by
Ab ijs, of them
Qui inuidebant mihi, That (in deede) did ſpite me.
Eos [autem] non ſequebar, I followed not them - I gaue none ear,
Qui petebant [me,] That ſought to pleaſure me,

IIII.

Quòd ſi noſtris conſilijs vſi eſſemus, neque apud nos tantum valuiſſet ſermo aut ſtultorum amicorum, aut improborum: beatiſsme viueremus. Nunc, quando ſperare nos amici iubent: dabo operam, ne mea valetudo tuo labori deſit.

¶Quód ſi vſi eſſemus) i. vſus eſſem. That had I followed - doon after,
Noſtris cõſilijs) i. meo vnius conſilio, Myne own aduiſe - as I thought too doo,
Neque) pro, & non, And had not,
Et ſi ſermo, The woords,
Amicorum) ſub noſtrorum,
Aut ſtultorum, aut improborum) i. quorum alĩ

stulti erant, alij improbi, either of fooliſh frendes, or of leawd perſons.

Non tantum valuiſſet apud nos, had not had ſo muche powr with vs-had we not ſo much harkened vnto.

Nos viueremus[nunc]we had liued

Beatiſsimi, in very good caſe.

¶Nunc(pro ſed, But now.

Quando amici[noſtri,] That our frendes

Iubent)i.volunt, bid

Nos)i.me vs.

Sperare)i.ſpem habere, to hope well, to bee of good chere, to plucke vp our hartes.

Dabo operam, I will endeuour

Ne mea valetudo deſit tuo labori, that my ſicknesse hinder not your paines takyng. Hoc eſt diligenter curabo valetudinem meam: ne per eam ſtet, quo minus proſit mihi iſte labor, quē pro mea reſtitutione ſuſcipis.

V.

Res quanta ſit, intelligo: quantóque fuerit facilius manere domi, quàm redire. Sed tamen ſi omneis Tribunoſplebis habemus, ſi Lentulum tam ſtudioſum, quam videtur, ſi verò etiã Pompeium & Cæſarem: non eſt deſperandum.

¶ Intelligo. I perceiue

Quanta ſit[ea]res, How greate a matter it is: i. video perdifficile eſſe reſtituar ab hoc exilio.

Quantóque facilius [mihi] fuerit) i.fuiſſet, And how easier it were (for me)

Manere domi) i.in patria, To tarry at home [i. Romæ.]

Quàm[eò]redire, Than to returne.

¶ Sed tamen, But yet.

Si habemus)ſub.à nobis, If we haue (on oure ſide)

Omneis

Omneis Tribunoſplebis, All the Aldermen:
Si Lentulum tam ſtudioſum[noſtri habemus] If Lentle as well bent toward vs,
Quam videtur [eſſe,] As he ſeemes - makes for.
Si verò etiam Pompeium,& Cæſarem[habemus,] But ſpecially if we haue Pompey and Ceſar:
Non eſt deſperandum [nobis de reditu,] There is no dout - fear.

VI.

De familia, quomodo placuiſſe amicis ſcribis, faciemus. De loco, nunc quidem iam abiit peſtilentia: ſed quandiu fuit, me non attigit. Plancus, homo officioſiſſimus, me cupit eſſe ſecum: & adhuc rétinet. Ego volebam, loco magis deſerto, eſſe in Epiro: quò neque Hyſpo véniret, nec milites: Sed adhuc Plancus me rétinet. Sperat poſſe fieri, vt mecum in Italiam decêdat.

¶ De familia) i. quòd ſcribis ad me de ſeruis noſtris, Touchyng our houſhold,
Faciemus) i. faciam, We will doe.
Quomodo placuiſſe amicis [noſtris] ſcribis, As ye write, that is beſt likyng to our frendes,
¶ De loco) i. quòd autem quæris de loco, vbi ego proximè fui, As for the place,
Peſtilentia quidem nunc iam abiit [ex eo] The plague now in deede is gon:
Sed quãdiu [ea] fuit [illic,] But how long it was there:
(Illa) me non attigit, It touches me not - I paſſe not.
¶ Plancus, homo officiſsimus, Plancus a man very ready to doe me pleaſure,
Cupit me eſſe ſecum, Deſires me to be with him - would faine haue me with hym:
Et adhuc rétinet [me,] And yet too, holdes me.
¶ Ego,

Volebam esse, I would haue been,
In Epiro, in Epiro,
Loco magis deserto, a place more out of the way more solitary:
Quò) i. ad quem locum wherunto
Neque Hyspo veniret, neither Hyspo could come,
Nec milites, nor the Souldiours:
Sed Plancus me rétinet, but Plank staies me
Adhuc, yettoo.
¶Sperat[enim]posse fieri, he hopeth it may come to passe,
Vt decedat) sub. ex prouincia sua, That he may depart
Mecum, with mee
In Italiam, into Italy.

VII.

Quem ego diem si videro, & si in vestrum complexum venero, ac si & vos, & meipsum recuperaro: satis magnum mihi fructum videbor percepisse & vestræ pietatis, & meæ,
Quem diem, Which day
Si ego videro, if I shall see,
Et si venero in vestrum complexum, and come & embrace you:
Et si recuperaro, And if I shall recouer - To the recouery of
Et vos, & meipsum, both you and me,
Videbor mihi percepisse, I shall seem to my self to haue receiued
Satis magnum fructum, a benefit greate inough- aunswering sufficiently,
Vestræ pietatis [erga me,] both for your good will,
Et meæ [erga vos,] and also myne.

VIII.

Pisonis humanitas, virtus, amor in omneis nos, tantus est, vt nihil suprà possit. Vtinam ea res ei voluptati

voluptati sit: gloriæ quidem video fore.

¶Pisonis humanitas, Pisons curtesy,
[Et] virtus, [&] amor [eius] his good behauour and loue
In nos omnes, toward vs all,
Est tantus, is so much,
Vt nihil possit [esse] suprà, as nothing cã be moze: id est, vt nihil possit addi.

¶Vtinam ea res, God graunt it
Sit ei voluptati, may be to his delight,
Video quidem, I see indeed
[Eam rem illi] fore gloriæ, it shall be to his commendation.

IX.

De Q. fratre, nihil ego te accusaui: sed vos, cùm præsertim tam pauci sitis, volui esse quàm coniunctissimos. Quibus me voluisti agere gratias, egi: & me à te certiorem factum esse scripsi.

¶De Quinto fratre [meo,] touching my brother Quintus,
Nihil ego te accusaui, I blamed ye no whit,
Sed volui) i. volebam, but my will was,
Vos esse quàm coniunctissimos, ye should be in firme frendship,
Præsertim cùm [vos] sitis tã pauci, specially, since there be so feaw of you.

¶Egi gratias [ijs,] I gaue thanks
Quibus voluisti me agere) sub. gratias, where ye willd me,
Et scripsi [ad eos,] and wrote
Me à te certiorem factum esse [de re illa] that I was certified from you,

X.

Quòd ad me, mea Terentia, scribis, te vicum vendituram: quid obsecro te (me miserum) quid futurum est? Et si non premet eadem fortuna:

quid puero miſero fiet?

¶ Quod me ſcribis, That ye write me,
Mea Terentia, (My good Terens)
Te venditurum [eſſe,] How ye will ſell
Vicum [noſtrum,] Our Lande - our Maner.
Quid obſecro te, What I pray ye,
[Me miſerum] Alas,
Quid futurum eſt [nobis] What ſhall becum,
ſub. ſi eum vendideris,

¶ Et ſi eadem fortuna, And although all one aduerſitee.
Nos premet [ſemper,] Shall greeue vs (bothe)
Quid fiet puero miſero?) i. Cicerone noſtro? what ſhall betide of our ſumme - of our ſory childe?

XI.

Non queo reliqua ſcribere (tanta vis lachrymarum eſt) ne te in eundem fletum addûcam. Tantum ſcribo: ſi erunt in officio amici, pecunia non deerit: ſi non erunt, tu efficere tua pecunia non poteris.

¶ Non queo ſcribere [ad te,] I cã not endure to write.
Reliqua, The reſt,
(Tanta eſt [mihi] vis lachrymarum, (Such plenty of teares is there)
Ne te in eundem fletum adducam, (For feare) leaſt I bring you into theſame caſe of teares.

¶ [Sed hoc] tantum ſcribo [tibi,] This onely write I:
Si amici (noſtri,) If our frendes.
Erunt in officio) ſub. erga nos, Abide as they ought,
Pecunia non deerit [tibi,] Money ſhal not want:
Si [verò] nõ erũt [illi in officio,] but if thei do not,
Tu non poteris efficere, Ye can ſmally auaill
Tua pecunia, with your money, ſub. ea que mea

cauſſa

cauſa ſuſcepiſti,

XII.

Per fortunas miſeras noſtras, vide ne puerum pérditum perdamus: cui ſi aliquid erit, ne egeat: mediocri virtute opus eſt, & mediocri fortuna, vt cætera conſequatur.

¶ Per noſtras fortunas miſeras) ſub. te obteſtor, for all our aduerſities,
Vide, See (for Gods ſake)
Ne perdamus [omnino] That we loſe not
Puerum perditum, our ſory childe.
Cui ſi aliquid erit, To whom, of that wee ſhall haue, (let hym haue,)
Ne egeat, that he lacke not.
Opus eſt [ei] mediocri virtute, & mediocri fortuna, Neede is but of a meane Porte, and of a meane eſtate - of a lowe ſaill.
Vt conſequatur cætera, To win the reſt.

XIII.

Fac valeas, & ad me tabellarios mittas: vt ſciam quid agatis, & vos quid agatis. Mihi omnino iam breuis expectatio eſt. Tulliolæ & Ciceroni ſalutem dic. Valete. Datũ ante diem v i. Cal. Decemb. Dyrrhachij.

¶ Fac) i. da operam, Loke vnto - regarde,
[Vt] valeas, your health,
Et [vt] ad me mittas, And ſend me
Tabellarios, Meſſangers,
Vt ſciam, That I may vnderſtande
Quid agitur [iſtic,] What is doone there,
Et vos quid agatis, And how you doe.

¶ Mihi iam expectatio eſt omnino breuis) i. breuiſſimi temporis, I haue but a very ſhorte attendaunce, ſub. de negotij mei exitu.

¶Dic ſalutem Tulliolæ,& Ciceroni,doo my commendations vnto Tulliol and Cicero.

¶Valete,fare ye all well.

¶Datum Dyrarrachij,from Durace

Ante diem ſextum Calendas Decembris)i.vigeſimo ſexto die Nouembris, The xxvi. of Nouember.

XIIII.

Dyrarchium veni : quod & libera ciuitas eſt,& in me officioſa, & proxima Italiæ : ſed ſi offendet me loci celebritas,alio me conferam,& ad te ſcribam.

¶Dyrarchium veni, I went to Durace,

Quòd.by cauſe

Ciuitas eſt libera,it is a free Citee,

Et in me officioſa,and curtes to me,

Et proxima Italiæ,and ny Italy.

Sed ſi celebritas loci[eius]but if the place foz the fame thereof

Offendet me,ſhall not like me,

[Ego]me conferam, I will get me

Alio)i.in alium locum, Sum other where,

Et ad te ſcribam [illud] And I will wzite vnto pou.

Epiſtolæ II. prælectio I.

M. T. TERENTIÆ ET TVLLIOLÆ, ET CICERONI SVIS S. P. D.

NOli putare me ad quenquã longiores epiſtolas ſcribere, niſi ſi quis ad me plura ſcripſit, cui puto reſcribi oportere. Nec enim habeo, quod ſcribam:nec hoc tempore quicquam difficilius facio.Ad te verò, & ad noſtram Tulliolam, non queo ſine plurimis lachrymis ſcribere. Vos enim video eſſe miſerrimas : quas ego beatiſſimas ſemper eſſe volui : idque præſtare debui : & niſi tam timidi fuiſſemus,præſtitiſſem.

¶Noli

¶Noli putare)i.ne putes, Think not
Me ſcribere, that I write
Ad quempiam)i.ad aliquē,ſub.hominē, vnto any
Longiores epiſtolas, longer letters,
Niſi, but
Si quis ad me ſcripſit, if one haue writ vnto me
Plura.i.multa, many things:
Cui puto reſcribi oportere) i.ad quem etiam puto mihi eſſe reſcribēdum, to whom I think meet he ſhould be aunſwered in letter.
¶Nec enim habeo)ſub.aliquid, and in deed I haue no matter
Quod ſcribam)i. quod ſcribere poſſim, to write,
Nec facio quicquam)i. & nihil facio, nor I doo any thing
Difficilius with more pain
Hoc tempore, at this preſent.
¶Ad te verò,& ad noſtram Tulliolam, But vnto you, and to our Tulliola,
Non queo ſcribere, I can not write
Sine plurimis lachrymis, without many teares,
¶Video enim, for I conſider
Vos eſſe miſerimas, ye are becom moſt miſerable
Quas ego ſemper eſſe volui, That alwaies I would haue had
Beatiſſimas i.fœliciſſimas, moſt happy,
Idque preſtare debui)i.debuiſsē id efficere, which I ought to haue brought to paſſe.
Et præſtitiſſem)i.effeciſſem, ſub.illud, And had doen it in deed
Niſi fuiſſemus, had we not been
Tam timidi, ſo faint harted.

II.

Piſonem noſtrum, merito eius, amo plurimum. Eum, vt potui, per literas cohortat⁹ ſum: gratiásq; egi, vt debui. In nouis Tribuniſplebis intelligo

ſpem

ſpem te habere. Id erit firmum, ſi Pompeij voluntas erit: ſed Craſſum tamen metuo. A te quidem omnia fieri fortiſsimè & amantiſsimè video, nec miror: ſed mœreo caſum eiuſmodi, vt tantis tuis miſerijs meæ miſeriæ ſubleuentur.

¶ Amo plurimum) i. vehementer, I hartely loue
Piſonem noſtrum) generum ſcz, our Piſon,
[Idque] merito eius) i. ob eius erga nos meritum, for his owne deſeruinges.

¶ (Ego) cohortatus ſum eum, I haue aduiſed hym
Per literas, by letter
Vt potui, as I mought,
Egique gratias [ei,] And thankt hym,
Vt debui, as it was my part.

¶ Intelligo, I perceiue
Te habere, ye haue,
Spem [aliquam] Sum hope
In tribunis plebis, In the nusbriues:
Nouis) i. creatis in annum proximum,

¶ Id [autem] erit firmum) i. certum & ſtabile, That ſhalbe certain,
Si Pompeij voluntas erit) i. ſi Pompeius eam rem ſuſcipere voluerit, If it ſhalbee Pompeis will:
Sed tamen, but yet,
Metuo Craſſum) i. timeo ne Craſſus nobis obſit, I am afraied of Craſſus,

¶ Video quidem, I ſee in deede
Omnia fieri à te, all thing ye doe

Fortiſ-

Fortiſſimè, with good hart,
Et amantiſſimè, and harty good will:
Nec miror, whereat I maruell not:
Sed mœreo) i. doleo, but rather lament
Caſum eſſe eiuſmodi) i. talem, the caſe to be ſuche
Vt tantis tuis miſerijs, meæ miſeriæ ſubleuentur)
i. vt te oporteat tantas miſerias ferre, ad meas ſubleuandas, That my miſeries ſtande to bee releued with ſo great diſtreſſe of yours.

III.

Nam ad me Publius Valerius, homo officioſus, ſcripſit (id quod ego maximo cũ fletu legi) quemadmodum à Veſta ad tabulam Valeriam ducta eſſes. Hem, mea lux, meum deſiderium, vnde omnes opem petere ſolebant, te nunc, mea Terẽtia, ſic vexari, ſic iacêre in lachrymis & ſordibus? idque fieri mea culpa, qui cæteros ſeruaui, vt nos periremus.

¶ Nam Publius Valerius, homo officioſus, But Publius Valerius a louyng man
Ad me ſcripſit, wrote vnto me
Quemadmodum ducta eſſes à Veſta, Howe you were led from Veſta
Ad tabulam Valeriam, vnto Valeries table, vt ſciz. bonorum noſtrorum auctioni intereſſes,
(Id quod. i. quam rem ad me ſcriptam, Whiche thing,
Ego legi, I red,
Cum maximo fletu) i. cum multis lachrymis, with many teares.
¶ Hem, But alas,
Mea Terentia, my Terens,
Mea lux, my light,
[Et] meum deſiderium, my liking,
Vnde) i. à qua, from whom,

Omnes

Omnes ſolebant, euery body was woont,
Petere opem)i. auxilium, to aſke ſuccour,
Te nunc ſic vexari)i. cruciari, ſub. oportet, ſhouldeſt thou now be ſo tormented,
Sic iacere in lachrymis, ly ſo plunged in teares,
Et in ſordibus, And in myre,
Idque fieri, And this all
Mea culpa, Through my faut,
Qui ſeruaui, That haue ſaued
Cæteros, others,
Vt nos periemus? That wee ſhould periſhe?

IIII.

Quòd de domo ſcribis, hoc eſt, de area, ego verò tum denique mihi videbor reſtitutus, ſi illa nobis erit reſtituta. Verùm hæc non ſunt in noſtra manu. Illud doleo, quę impenſa facienda eſt, in eius partem te miſeram, & deſpoliatam venire. Quod ſi conficitur negotium, omnia conſequemur: ſin eadem nos fortuna premet: etiámne reliquias tuas miſera proijcias?

¶ Quòd [ad me] ſcribis, That ye witte me
De domo [noſtra,] of our hous,
Hoc eſt. That is,
De area, Of the maner place:
Ego verò, I in deede
Tum denique)i. tum demum, Then at earſt
Videbor mihi)ſub. eſſe, Shall ſeem to my ſelf,
Reſtitutus)ſub. ab exilio, in priſtinum ſtatum, to be reſtored,
Si illa)ſcz area, If that
Nobis erit reſtituta, Shall be rendred to vs.
¶ Verùm)i. ſed, But
Hæc, theſe matters
Non ſunt, are not
In noſtra manu)i. poteſtate, In our pour.

¶ Illud

Illud doleo, This am I ſorry for,
[Nempe] te miſeram & deſpoliatā venire in partem [eius impenſæ] that you poor and diſpoiled wreache ſhall becoome a partner of thoſe charges,
Quæ impenſa facienda eſt. That muſt be borne, ſub. in ea re.
¶Quòd ſi conficietur negotium, But if the ſute take effect, i. ſi fieri poterit vt ego reſtituar.
[Nos] conſequemur omnia) i. cætera omnia, wee ſhall get all:
Sin eadem fortuna, But if all one aduerſitee,
Nos premet, ſub. ſemper, Shall keepe vs (ſtill) doune,
Miſera, poore wooman,
Etiámne proijcias) i. proijcere, & perdere debes, Should ye yet ſet nought by
Reliquias tuas?) i. tantillum illud boni, quod tibi reſtat? that little that is leaft you?

V.

Obſecro te, mea vita, quòd ad ſumptum attinet, ſine alios, qui poſſunt (ſi modò volunt) ſuſtinere: & valetudinem iſtam infirmam, ſi me amas, noli vexare. Nam mihi ante óculos dies noctéſque verſaris. Omneis labores te excipere video, timeo vt ſuſtineas: ſed video in te eſſe omnia. Quare, vt id, quod ſperas, & quod agis, conſequamur, ſerui valetudini.

¶Quòd ad ſumptum attinet, Touchyng the expences,
[O Terentia] mea vita, ſweete harte,
Obſecro te, I hartely praie you,
Sine alios ſuſtinere) ſub. ſumptum, let other bear them,
Qui poſſunt) ſub. id facere, that are able,
(Si modò volunt) if thei liſt.

Et noli vexare[tantoperè,] And trouble not
Si me amas(If ye loue me)
Istam infirmam valetudinē,this your sickliness.
¶Nam mihi ante oculos versaris, For ye ar in myne eyes
Dies noctésque,daie and night.
¶Video te excipere, I see you take vpon you
Omnes labores,All maner of pain, sub.quos tibi imponunt alij,
[Ideóque]timeo, I am afraied
Vt sustineas)i.ne non possis sustinere, sub eos labores,ye can not abide them
Sed video,yet perceiue I,
In te esse omnia) i. totum negotium nostrum à te pendere, All rests in you.
¶Quare,Wherefore
Serui valetudini) i. habe rationē valetudinis tuæ look to your health,
Vt id consequamur,That we may get
Quod speras,That ye hope vpon.
Et quod agis) i.moliris,And that ye trauaill for.

VI.

Ego, ad quos scribam, nescio: nisi aut ad eos, qui ad me scribunt: aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid scribitis. Longius, quoniam vobis ita placet,non discedam: sed velim quàm sæpissimè literas mittatis,præsertim si quid est firmius,quod speremus. Valete,mea desideria,valete.Datum ad III.Non.Oct.Thessalonicæ.

¶Ego, I,
Nescio,knowe not
Ad quos scribam) i.scribere debeam, to whom I should write:
Nisi)sub scribam.but
Aut ad eos qui ad me scribunt, either to thē that write vnto me:

Aut

Aut ad eos, Or vnto ſuch,
De quibus, as of whom
Vos aliquid ad me ſcribitis, ye haue ſumwhat writtẽ vnto me.
¶Non diſcedam longius) ſub. ab hoc loco, I will not depart further of,
Quoniam ita placet vobis, becauſe it ſo pleaſeth you:
Sed velim, but my will is
[Vt]mittatis[ad me,] ye ſend(me)
Literas, Letters
Quàm ſæpiſſime, as oft as ye can,
Præſertim, eſpecially,
Si quid eſt firmius) i. certius, if there be any certeintee,
Quod ſperemus) i. ſperare poſſimus, that we may truſt vpon.
¶Valete, mea deſideria, valete, Fare ye well my dearlynges, farewell.
¶Datum Theſſalonicæ, from Salonic.
Ad tertium Nonas Octobres) i. quinto die Octobris, The fifth of October.

Epiſtolæ III. prælectio I.

M. T. C. TERENTIÆ ET TVLLIOLÆ ET CICERONI SVIS S. P. D.

ACcepi ab Ariſtocrito treis epiſtolas: quas ego lacrhymis propè deleui. Cõficior enim mœrore, mea Terentia: nec me meæ miſeriæ magis excruciant, quàm tuæ, veſtræq;. Ego autem hoc miſerior ſum, quàm tu, quę es miſerrima: quod ipſa calamitas communis eſt vtriuſque noſtrũm: ſed culpa mea propria eſt. Meum fuit officium, vel legatione vitare periculum: vel diligentia, & copijs reſiſtere: vel cadere fortiter. Hoc miſerius, turpius, indignius nobis nihil fuit.

 ¶Accepi

¶Accepi treis epistolas [tuas] I receiued three letters
Ab Aristocrito, from Aristocrit:
Quas, whiche
Ego propè deleui, in a maner I haue blurd out
Lachrymis)i. lachrymarū abundātia, with teares
¶Conficior enim mœrore, For I am killed with cares,
Mea Terentia, good Terens:
Nec)pro & non
Et miseriæ meæ, and my troubles
Non magis me excruciant, do no lesse tormēt me
Quam tuæ, then yours.
Vestræque, and all yours.
¶Ego autem. But I,
Miserior sum, am more miserable
Quam tu, quæ es miserrima, then you,
Hoc)i. eo, herein
Quod ipsa calamitas, by that the very aduersitee,
Est communis vtriusque nostrum) i. mihi & tibi, is bothe of ours,
Sed culpa est mea propria)i. omnino propria mihi, but the blame myne alone.
¶Meum [enim] fuit officium, For it had been my part
Vel vitare periculum, either to haue auoyded the daunger,
Legatione, by becommyng an Ambassadour,
Vel resistere, or by plain resistaunce, sub. inimico meo Claudio,
Diligentia & copijs, by pollicy and force of warr
Vel cádere fortiter, or els manfully to dye.
¶Nihil [autem fuit] That was nothyng,
Nobis, to vs
Miserius, more miserable,
Turpius more shamefull,

Indignius

Indignius,more dishonorable
Hoc)i.hac re,than this.nempe subire exilium,

II.

Quare,cum dolore cõficior,tum etiam pudore. Pudet enim,me vxori meæ optimæ,suauissimis liberis,virtutem & diligentiam non præstitisse.Nã mihi ante oculos dies noctesque versatur squalor vester, & mœror, & infirmitas valetudinis tuæ: spes autem salutis, pertenuis ostenditur, Inimici sunt multi,inuidi penè omnes. Eijcere nos, magnum fuit:excludere facile est. Sed tamen quandiu vos eritis in spe,non deficiam: ne omnia mea culpa cecidisse videantur.

¶Quare,wherefore
Cùm i.non solùm,not onely
Conficior dolore. I am kild with teares,
Tum etiam,but also
Pudore,with shame.

¶[Me]enim pudet,For it abasheth me - I am a shamd,
Me non præstitisse virtutem & diligentiam,That I shewed not stoutnes and heed
Vxori meæ optimæ, toward my special good wife
[Et]suauissimis liberis[meis,]& my deer children.

¶Nam squalor vester,For your slurry
Et mœror[vester,]and mourning,
Et infirmitas valetudinis tuæ, and weakenes of sickines
Versatur ante oculos, is tumbling before myne eyes
Dies noctesque.day and night.
Spes autem salutis[meæ]And hope of help
Ostenditur[mihi]is apparaunt
Pertenuis,very small.

¶Inimici[enim mei,]Ennimyes

Sunt multi, ar many
inuidi[autem]penè omnes[ſunt mihi,]and ſpitefull, in a maner all.

¶Eijcere nos, fuit magnum)i. difficile, To caſt vs out, was very hard:
Excludere[autem]facile eſt, but to keepe vs out, very eaſy.

¶Sed tamen, Howbeit
Quandiu vos, ſo long as you
Eritis in ſpe, remaine in hope, ſub. de meo reditu,
Non deficiam, I ſhall not ſwinke:
Ne omnia videantur cecidiſſe, leaſt all ſeem to fall to ground
Mea culpa, by my faut.

III.

Vt tutò ſim, quòd laboras, id mihi nunc facillimum eſt: quem, etiam inimici volunt viuere in tantis miſerijs: ego tamen faciam, quæ præcipis. Amicis, quibus voluiſti, egi gratias: & eas literas Dexippo dedi: méque de eorum officio ſcripſi à te certiorem eſſe factum.

¶Quod laboras, That ye trauaill
Vt ſim tutò, I ſhould be in ſafety,
Id mihi facillimum eſt, it is a very eaſy matter to me
Nunc, now:
Quem, etiam inimici volũt viuere, whom my very enimies would haue to liue
In tantis miſerijs, in ſo great miſeries:
Ego tamen faciam, yet will I doo
[Ea]quæ præcipis, as ye bid.

¶Egi gratias amicis: I thanke my frendes,
Quibus voluiſti, ſub.me agere, ſuche as ye wilde me:
Et Dexippo dedi, And I deliuered vnto Dexipp
Eas literas)i. literas ea de re, theſe letters:

Scripſique

Scripſique[ad eos,] And wrote
Me a te certiorem eſſe factum, That I was aduertiſed from you
De eorum officio[erga me,] of their curteſies.

IIII.

Piſonem noſtrum mirifico eſſe ſtudio in nos, & officio, & ego perſpicio, & omnes prædicant. Dij faxint, vt tali genero mihi præſenti, tecum, ſimul, & cum liberis noſtris, frui liceat. Nunc ſpes reliqua eſt in nouis Tribunis plebis, & in primis quidem diebus. Nam ſi inueterarit, actum eſt.

¶Perſpicio, I well perceiue,
Et omnes prædicant, and euery body tels me,
Piſonem noſtrum eſſe mirifico ſtudio, That our Piſon is of exceeding good will,
In nos, toward vs.
Et [eum eſſe in nos [officio [mirifico,] and curteſy
¶Dij faxint)i. vtinam Deus faciat, God graunt
Vt liceat mihi præſenti, ỳ I preſent (there) may
Frui tali genero, entoye, ſuche a ſonne law
Tecum ſimul, & liberis noſtris, with you, and our children.
Nunc, Now,
Reliqua ſpes [mea,] the reſt of our hope,
Eſt in nouis Tribunis plebis, remaines in the new Shriues. - And at their firſt entraunce, into office,
¶Nam ſi [res] inueterarit, for if (the ſute) catche colde,
Actum eſt, All is gone.

V.

Ea re ad te ſtatim Ariſtocritum miſi: vt ad me continuò initia rerum, & rationem totius negotij poſſes ſcribere: etſi Dexippo quoq; ita imperaui, ſtatim vt recurreret: & ad fratrem miſi, vt crebrò tabellarios mitteret.

¶Ea[de]re)i.ob eam rem, Wherefore
Ad te Aristocritum misi pro, remisi, I sent you
Aristocrit
Statim, by and by,
Vt posses, that ye mought
Ad me scribere, write me
Continuò, out of hand
Initia rerum, how things begin,
Et rationem totius negotij, and the discourse of
all the business:
Etsi Dexippo quoque imperaui, Although there-
withall I charged Dexip,
Vt recurreret [ad me,] ỳ he should hy hym to me
Statim, forthwith.
Et ad fratrẽ misi[literas,] ¶ I sent to my brother
Vt crebrò mitteret[ad me]ỳ oftẽ he shold sẽd me
Tabellarios[suos,] Messengers.

VI.

Nam ego eo nomine sum Dyrrhachij hoc tempore, vt quàm celerrimè, quid agatur, audiam: & sim tutò. Ciuitas enim hæc semper à me defensa est. Cùm inimici nostri venire dicentur, tum in Epirum ibo.

¶Nam hoc tempore, For at this present
Ego sum Dyrrhachij, I am at Durace
Eo nomine)i.ea de causa, for this cause,
[Nempe]vt audiam, that I mought heer
Quàm celerrimè)i.quám citissimè, with most sped
Quid agatur [Romæ,] What is doen - how the
matter goeth. sub.de meo negotio,
Et[vt]sim tutò, and be in safety:
¶Hæc enim ciuitas, for this Citee,
Semper defensa est, was alwaies preserued
A me by mee.
¶Cùm inimici nostri venire dicentur, When
it shalbe reported that our enimies come,

Tum

Tum, then
Ibo in Epirum, ſhall I get me to Epyre.

VII.

Quòd ſcribis, te, ſi velim, ad me venturam: ego verò, cum ſciam magnā partem iſtius oneris abs te ſuſtineri, te iſtic eſſe volo. Si perficitis, quòd agitis, me ad vos venire oportet: ſin-autem. Sed nihil eſt opus reliqua ſcribere.

¶Quod ſcribis [ad me,] That ye write
Te ad me venturam [eſſe] ye would come to mee
Si velim, if I would:
Ego vero, ſurely I
Volo te eſſe, would haue you to be
Iſtic, there.
Cùm ſciam, Since I know
Magnā partem iſtius oneris à te ſuſtineri, a great part of this burden is vpholden by you.

¶Si perficitis [id] quod agitis, If ye bring to paſſe, that ye go about:
Oportet me ad vos venire, I muſt come to you:
Sin-autem) i. ſi verò non perficitis, but if,

¶Sed nihil eſt opus, but no need is there
Reliqua ſcribere. to write the reſt.

VIII.

Ex primis, aut ad ſummum ſecundis literis tuis conſtitûere poterimus, quid nobis faciendū ſit. Tu modò ad me velim omnia diligētiſſimè perſcribas etſi magis iā rem, quàm literas, debeo expectare. Cura vt valeas, & ita tibi perſuadeas, mihi te charius nihil eſſe, nec vnquā fuiſſe. Vale, mea Terentia, quā ego vidêre videor: Itaq; debilitor lachrymis. Vale. Pridie Calend. Decemb. Dyrrhachij.

¶Ex primis litteris tuis, out of your firſt letters.
Aut ad ſummum, or at the furtheſt
[Ex] ſecundis, of your ſecond
Conſtituere poterimus, we may determine

Quid nobis faciendum ſit, What is meeteſt for vs to doo.

¶Velim modò, onely I wiſhe,
Vt ad me perſcribas, That ye write too me - ye aduertiſe me of
Omnia, all thynges
Diligentiſsimè, moſte diligently:
Etſi iam, Although now
Magis debeo, I ought rather
Expectare rem)i. ipſius rei exitum, Looke after matter,
Quam literas, then letters.

¶Cura vt valeas, Looke too your health,
Et ita tibi perſuadeas, and thus aſſure your ſelf,
Nihil eſſe mihi charius te. nothing is more deere vnto me then you,
Nec vnquam fuiſſe, nor neuer was:

¶Vale, mea Te: entia, Farewell my Terẽs
Quam ego vidére videor; whom ſtill me thinkes I ſee,
Itaque debilitor lachrymis, I am ſo febled with teares.

¶ [Datum] pridie Calendas Decembres) i. vltimo die Nouembris. The laſt of Nouẽber.
Dyrrachij, At Durace.

Epiſtolæ. IIII. prælectio I.

M. C. TERENTIÆ, ET TVLLIOLÆ, ET CICERONI SVIS. S. P. D.

EGo minus ſæpe ad vos do literas, quàm poſſum: propterea quod cùm omnia mihi tempora ſunt miſera: tum verò, cùm aut ſcribo ad vos, aut veſtras lego, conficior lachrymis, ſic, vt ferre non poſsim. Quod vtinam minus vitæ cupidus fuiſſem: certè nihil, aut non multum, in vita mali vidiſſemus.

¶Ego

¶Ego ad vos do literas, I write vnto you,
Minus sæpe, not so often,
Quàm possum, as I mought,
Propterea quod, for that
Cùm)i.non solùm, sith
Omnia tẽpora)sub.huius vitę meæ, all my daies
Sunt mihi misera, are wofull vnto me.
Tum verò, Then in deed-in especiall, sub.quòd,
Cùm scribo ad vos[literas,] when either I write too you,
Aut cùm lego vestras, or reed our letters,
Conficior lachrymis, I am so slaine with sobs,
Sic, in such sort,
Vt ferre non possim, as I cannot abide it.
¶Quòd vtinã)i.atq; vtinã, ỹ would to God,
Fuissem, I had been
Minus cupidus vitæ, Lesse desirous of life,- not so desirous,
Certè, Surely(then)
Nihil mali)i.nullum malum, no greef,
Vidissemus, had wee seen,
In vita[nostra,] in our life,
Aut.non multum, or not so muche,

II.

Quòd si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna reseruauit: minus est erratum à nobis: sin hæc mala fixa sunt: ego verò te quamprimùm, mea vita, cupio videre & in tuo complexu émori: quando neque Dij, quos tu castissimè coluisti: neque homines, quos seruaui semper, nobis gratiam retulerunt.

Quòd si)i.si autem, that if
Fortuna reseruauit nos)i.me, chaunce haue kept vs - haue preserued vs
Ad aliquam spem, vnto some hope
Recuperandi alicuius commodi, of recouery of

ſome good turne
Aliquando)i.aliquo tempore, at any tyme.
Minus eſt erratum a nobis)i. ego minus peccaui,
I haue the leſſe offended,
Sin hæc mala,but if theſe miſchiues
Sunt fixa)i immutabilia,ate rooted,
Ego verò, I indeed
O[Terentia,[mea vita,my deerhart,
Cupio te videre,long to ſee you,
Quàm primùm(id eſt,cùm primùm fieri poterit,as ſoon as mought be,
Et emori in tuo complexu, & to dy in your arms
Quando, ſith
Neque Dij,neither the Gods
Quos tu coluiſti, whom ye haue(deuoutly)wor-ſhipped,
Caſtiſſimè)i.puriſſimè,& ſanctiſſimè
Neque homines,nor men,
Quos ego ſeruaui,whom I haue ſaued
Semper i.quandiu ego vixi,alway,
